

July 25

St James the Greater

Apostle

James, the brother of John, was one of the first of the Apostles called by Christ, and he was the first Apostle to die as a martyr for Christ – in 44 AD he was beheaded by Herodes Agrippa in Jerusalem. Since the early Middle Ages his relics have been venerated in Santiago de Compostela in Spain, and the Apostle became the patron of Spain, and especially of its liberation from the Moors. Since centuries, his tomb has been visited by numerous pilgrims coming from all Europe, and hence many churches and hospitals along their roads still bear his name.

Red

2 Cl. (Duplex 2 Cl.)

INTROIT: Ps. 138:17

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Ps. *ibid.* 1-2: Domine probasti me, et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Gloria.

*To me thy friends, O God, are made exceedingly honourable : their principality is exceedingly strengthened. Ps. *ibid.* 1-2: Lord, thou hast proved me, and known me : thou hast known my sitting down and my rising up. V. Glory.*

COLLECT

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator et custos : ut Apostoli tui Jacobi munita præsiidiis, et conversatione tibi placeat, et secunda mente deserviat. Per Dominum.

Be thou, O Lord, the sanctifier and protector of thy people; that, strengthened by the aid of James, thine Apostle, they may please thee in the conduct of their lives, and may serve thee with tranquil minds. Through our Lord.

EPISTLE: 1 Cor. 4:9-15

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo : nos infirmi, vos autem fortes : vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris : maledicimur, et benedicimus : persecutionem patimur, et sustinemus : blasphemamur, et obsecramus : tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos carissimos moneo. Nam si decem

A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Corinthians.

Brethren: I think that God hath set forth us apostles the last, as it were men appointed to death : we are made a spectacle to the world and to Angels and to men. We are fools for Christ's sake, but you are wise in Christ : we are weak, but you are strong : you are honourable, but we without honour. Even unto this hour, we both hunger, and thirst, and are naked, and are buffeted, and have no fixed abode, and we labour working with our own hands. We are reviled, and we bless : we are persecuted, and we suffer it : we are blasphemed, and we entreat : we are made as the refuse of this world, the offscouring of all, even until now. I write not these things to confound you, but I admonish you as my dearest children : for if you have ten thousand instructors in Christ, yet not many

millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

fathers. For in Christ Jesus by the gospel I have begotten you.

GRADUAL: Ps. 44:17, 18

Constitues eos principes super omnem terram : memores erunt nominis tui, Domine. ¶ Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : propterea populi confitebuntur tibi.

Thou shalt make them princes over all the earth : they shall remember thy name, O Lord. ¶ Instead of thy fathers, sons are born to thee : therefore shall people praise thee.

ALLELUIA: Jn. 15:16

Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat.

I have chosen you out of the world, that you should go, and should bring forth fruit, and your fruit should remain.

ad libitum: SEQUENCE

Alleluia, nunc decantet universalis Ecclesia
Extollendo laude celsa Apostolorum præconia.

*Alleluia, may now the entire Church sing,
To raise up hymns to the Apostles with high praise.*

Quorum princeps per crucem scandit Petrus
alta poli culmina.

*Peter, their prince, climbs up to the high summit of
heaven through the cross.*

Doctor orbis triumphat sub Nerone, urbe in
Romulea.

*The teacher of the world [Paul] triumphs under
Nero, in the city of Romulus.*

Crux Andreae digna confert præmia, / Jacobus
uterque nitet laurea, / Ægeas illum, hos
Judaica gens transmisit ad æthera.

*The cross bestows on Andrew the worthy prize, /
Both James shine with laurel, / the Ægeans sent
one into heaven, the Jews the other.*

Sunt Matthæo, sunt Joanni collata / duo clara
gratiarum munera / Hyrtacus illum necat,
hunc suas Jesus vocat ad epulas.

*Two bright gifts of graces / are given to Matthew and
John: / Hyrtacus killeth one, the other is called
by Jesus to his banquet.*

Philippus, Christi gratia docens, prædicans in
Scythia.

*Philip preached in Scythia, teaching through Christ's
grace.*

Thomas confossus lancea, cursum consummat
in India.

*Thomas, pierced by a lance, completes his race in
India.*

Simon et Judas dum sacra Persis ostendunt
monita,

*When Simon and Jude were showing the holy admo-
nitions to the Persians,*

Fusus sanguis ambos stola perlustravit
purpurea.

*The blood they shed decorated both with a purple
garment.*

Bartholomæus dat Indis vitæ dogmata;
Matthiæ culmen dedit sors apostolica.

*Bartholomew gives the Indians the doctrines of life.
The fate of the Apostles brought Matthias to the
summit.*

Plaudat ergo tellus, plaudat cælorum curia, / et
hac die sacra plaudat præsens familia /
honoranda sacrosancta Apostolorum merita.

Hi sunt candelabra ante Deum lucentia, / hi
prælati, celsa summi Regis in curia, / hi sal
terræ, hi lux mundi, hi clara cæli lumina.

Jam palma, jam corona, jam promissa olim
mensa illis est apposita.

O quanta, quam præclara, quam jocunda cele-
brantur illorum solemnia.

His nostra sint solemnia,
Sint vota, sint præconia,

Sint grata laudum carmina.

*Thus the earth shall applaud, the heavenly court
shall applaud, / and on this day the holy house-
hold present here / shall applaud, to honour the
holy merits of the Apostles.*

*They are the candlesticks shining before God, / they
the princes, high in the court of the supreme King,
/ they the salt of the earth, they the light of the
world, they the bright stars of heaven.*

*Already the palm, already the crown, already the
long-promised banquet is placed before them.*

*O how many of their feasts, how famous, how wel-
come, are celebrated.*

*For those shall be our feasts,
Our vows, our hymns,*

May the songs of praises be welcome.

GOSPEL: Mt. 20:20-23

Sequentia Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

In illo tempore : Accessit ad Jesum mater filio-
rum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens
aliquid ab eo. Qui dixit ei : Quid vis? Ait illi :
Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexte-
ram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo.
Respondens autem Jesus, dixit : Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibi-
turus sum? Dicunt ei : Possumus. Ait illis : Cali-
cem quidem meum bibetis : sedere autem ad
dexteram meam vel sinistram, non est meum
dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

*Continuation of the holy Gospel according to
St Matthew.*

*At that time: The mother of the sons of Zebedee
came to Jesus with her sons, adoring, and asking
something of him. Who said to her: What wilt thou?
She saith to him: Say that these my two sons may sit,
the one on thy right hand, and the other on thy left,
in thy kingdom. And Jesus answering, said: You
know not what you ask. Can you drink the chalice
that I shall drink? They say to him: We can. He
saith to them: My chalice indeed you shall drink :
but to sit on my right or left hand, is not mine to give
to you, but to them for whom it is prepared by my
Father.*

OFFERTORY: Ps. 18:5, 2

In omnem terram exivit sonus eorum : *et in
fines orbis terræ verba eorum. V. Cæli enarrant
gloriam Dei : et opera manuum ejus annuntiat
firmamentum. *Et in fines.

*Their sound hath gone forth into all the earth : *and
their words unto the ends of the world. V. The heav-
ens shew forth the glory of God, and the firmament
declareth the work of his hands. *And their words.*

SECRET

Oblationes populi tui, quæsumus, Domine,
beati Jacobi Apostoli passio beata conciliet : et
quæ nostris non aptæ sunt meritis, fiant tibi
placitæ ejus deprecatione. Per Dominum.

*We beseech thee, O Lord, that the holy sufferings of
blessed James, the Apostle, may render acceptable the
offerings of thy people : and though unworthy by any
merit of ours, may they become pleasing by his pray-
ers. Through our Lord.*

PREFACE

Of the Apostles

Vere dignum et justum est, æquum et salutare :
Te, Domine, suppliciter exorare, ut gregem
tuum, pastor æterne, non deseras : sed per bea-
tos Apostolos tuos continua protectione custo-
dias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos
operis tui vicarios eidem contulisti præesse pas-
tores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum
Thronis et Dominationibus, cumque omni
militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ
canimus, sine fine dicentes :

*It is truly meet and just, right and salutary, humbly
to pray thee, O Lord, the eternal shepherd, to aban-
don not thy flock; but through thy blessed Apostles to
keep a continual watch over it; that it may be gov-
erned by those same rulers whom thou didst set over it
as shepherds and as thy vicars. And therefore with
the Angels and Archangels, with the Thrones and
Dominions, and with all the hosts of the heavenly
army, we sing a hymn to thy glory, evermore saying:*

COMMUNION: *Mt. 19:28*

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes,
judicantes duodecim tribus Israel.

*You that have followed me shall sit upon seats,
judging the twelve tribes of Israel.*

POST-COMMUNION

Beati Apostoli tui Jacobi, quæsumus, Domine,
intercessione nos adjuva : pro cujus festivitate
percepimus tua sancta lætantes. Per Dominum.

*Help us, O Lord, we beseech thee, through the inter-
cession of thy blessed Apostle James, on whose festival
we have received thy holy mysteries with joy. Through
our Lord.*